Omnia bonũ appetunt.
Nihil deo verius aut maius aut melius excogitari poteſt.
Omnia obediũt regimini dei.
Nihil eſt quod naturam ſeruãdo contraire conetur. nec ſi conetur proficere poteſt.
Deus eſt ſummũ bonum. qui regit cuncta ſuauiter. fortiterq; diſponit.
Deum omnipotentẽ nemo eſſe dubitat.
Deus malum facere non poteſt ſ; aliud nihil eſt qđ non poteſt malum igitur nihil eſt.
Sermones oportet eſſe cognatos his rebus de quibus loquimur ait plato.
Felix qui potuit boni: Fontẽ viſere lucidum.
Felix qui potuit grauis. Terre ſoluere vincula.
Quis legẽ dat amãtib⁹. maior lex amor ẽ ſibi.

Quarti de conſolatione.

O Inq; veri luminis p̄uia: q̄ vſq; adhuc tua fudit oratio. tũ ſui ſpeculatione diuina. tum ſuis rationibus inuicta patuerũt.
Nam imperante florenteq; nequitia: virt⁹ nõ ſolum premiis caret verũ etiã ſceleratorũ pedibus ſubiecta calcatur. ꝛ in locum facinorũ luit ſupplicia.
Nullum malum impunitũ nullum bonũ irremuneratum.
Duo ſunt quibus omnis effectus humanorũ actuũ conſtat voluntas. ſ. ꝛ poteſtas. quorũ ſi alterũ deſit. nihil eſt quod explicari queat Deficiente enim voluntate nec aggreditur quiſq; quod non vult. ac ſi poteſtas abſit: voluntas fit fruſtra.
Cum omnes tam boni q̄ mali ad bonũ peruenire nitantur ꝛ mali ad hoc peruenire non poſſunt. boni autem poſſunt non dubiũ eſt malos eſſe ĩpotentes. bonos vero potẽtes.
Qui mali vero ſunt ſimpliciter ſunt mali. ſ; ſecundũ quid poſſunt dici boni. ſicut cadauer hõis non põt dici ſimpliciter bõ ſ; mortu⁹
Id quod ordinẽ ſeruat. retinetq; naturam.
Beatitudo eſt premiũ humanorũ actuũ.
Premium bonorũ eſt deos fieri.
Sicut probis probitas ipſa ſibimet eſt premiũ ita malis nequicia eſt ſuppliciũ.
Qui probitate deſerta homo eſſe deſierit. cum in diuinã conditionem tranſire non poſſit. neceſſe eſt vt vertatur in beluam: vnde auarus homo: eſt lupus: ferox vero canis: doloſus vero: vulpes. ꝛ cetera.

Boni ſunt felices: mali vero miſeri.
Mali puniti meliores ꝛ feliciores ſunt q̄ maipuniti q; pena malorũ bona ẽ rõne iuſtitie.
Puniri malos iuſtum eſt ſed ipſos euadere ĩpunitos iniuſtum eſt.
Quidam nequeunt tenebris oculos aſſuetos ad lumen perſpicue veritatis attollere. ꝛ tales aſſimilantur auibus. quarũ intuitũ nox illuminat dies excecat. et illi dum non rerũ ordinẽ: ſed ſuos intuentur affect⁹: vel licentiam. vel impunitatem ſcelerum putant eſſe felicem: quod tamen non eſt verum.
Infelicior ꝛ miſerior eſt iniurie illator: q̄ iniurie acceptor.
Apud ſapientes nullus odio relinqui debet.
Sicut languor eſt morb⁹ corporis. Ita vitioſitas eſt morbus anime.
Cũ ergo egros odio dignos minime ſed magis miſeratiõe iudicemus molto magis nõ odiendi aut inſequendi ſed miſerandi ſunt quorũ mentes omni languore attrocior vrget improbitas.
Prouidentia eſt diuina ratio: in ſummo principe omnium conſtituta. qui cũcta diſponit.
Fatum eſt inherens rebus mobilibus diſpoſitio. per quã prouidentia diuina ſuis queq; nectit ordinibus.
Quid animorum ſalus eſſe videtur: niſi probitas. quid vero egritudo: niſi vitia.
Quis alius autem vel conſeruator bonorum: vel malorum expulſor: q̄ rector ac medicator mentiũ deus: qui ex alta prouidẽtie ſpecula reſpicit. quid vnicunque cõueniat agnoſcit ꝛ quod conuenire nouit accomodat.
Non eſt fas. homini cunctam diuini machinã operis vel ingenio comprehendere. vel ſermone explicare.

Quinti libri boetii de conſolatiõe.

C Aſus eſt inopinate rei euent⁹: ex cauſis confluentibus in his que ob aliquid geruntur.
Sperare ꝛ orare ſolus motus eſt. quo cũ deo homines loqui videntur.
Diuina prouidentia rebus gerendis neceſſitatem nõ impoſuit. quia ſi omnia euenirent de neceſſitate. premia bonorum: ꝛ malorũ pena perirent.
Fruſtra artis eſſet effectus: ſi oĩa coacte mouerentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf